Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift



104

eius et mortuus e in bethulia ciuitate sua. et sepultus e illic cum patribus suis.
Erat autem iudith relicta ei uidua iam annis tribus et mensibus sex. et insuper
ribus domus suae fecit sibi secretum cubiculum. in quo cum puellis suis clausa
morabatur. et habens super lumbos suos cilicium. ieiunabat omnibus diebus uitae
suae praeter sabbata et neomenias et festa domus israel. erat autem eleganti as
pectu uirgo. cui uir suus dimiserat diuitias multas et familiam copiosam.
ac possessiones armentis boum et gregibus ouium plenas. Et erat haec omnibus
famosissima quoniam timebat deum ualde. nec erat qui loqueretur de illa uerbum
malum. Haec itaque cum audisset quia ozias promisisset sed transacto quinto die
traderet ciuitatem. misit ad presbyteros chabri et charmin. et uenerunt
ad illam et dixit illis. Quid est hoc uerbum in quo consentit ozias. ut tradat
ciuitatem assyrius. si intra quinque dies non uenerit uobis adiutorium.
Et qui estis uos qui tentatis deum. Non est iste sermo qui misericordiam p
uocet. sed potius qui iram excitet et furorem accendat. Posuistis uos tem
misericordiae domini. et in arbitrium irae die constituistis ei. Sed quia pa
ciens est dominus in hoc ipso penitemini. et indulgentiam ei lacrimis postulemus.
Non enim quasi homo sic dominabitur. neque sicut filius hominis adiuratus
inflammabitur. Ideo humiliemus illi animas nostras. et in spiritu constituti
humiliato seruientes illi. diuamus flentes domino. ut secundum uoluntatem suam
sic faciat nobiscum misericordiam suam. ut sicut contribulati in humilitate illorum
ita etiam clementia humiliate gloriemur. Quoniam non sumus securi peccatis patrum nostrorum
qui dereliquerunt deum suum. et adorauerunt deos alienos. per scelere quoda
tis in gladium et in rapinam. et in confusionem inimicis suis. Nos autem alterum
deum nescimus praeter eum. expectemus humiles consolationem eius. et exqui
ret sanguinem nostrum de afflictionibus inimicorum nostrorum. Et humiliabit omnes
gentes quecumque insurgunt contra nos. et faciet illas sine honore dominus dis nir.
Et nunc fratres quoniam uos qui estis presbyteri in populo dei. ex uobis pendet ani
ma illorum. alloquio uestro corda eorum erigite. et memores sunt quia temptati